

41, I
29

Disputatio Iuridica
COMPLECTENS
QVÆSTIONES MAGIS
CONTROVERSAS, CIRCA
Contractus, & aliquot circa vls
timas voluntates.

QVAM
A. D. O. M.

Praeside

HENRICO CANISIO NO-
VIOMAGO I. V. D. ET SACRORVM
Canonum Antecessore, &c. 20. Septemb.
publicè defendet

IOANNES BAPTISTA
Vischer Monacensis,



INGOLSTADII

Typis EDERIANIS, apud ANDREAM
ANGERMARIVM.

ANNO M. DCIL



SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
Domino Maximiliano Comiti Palatino Rhe-
ni, vtriusq; Bauariæ Duci, &c. Prin-
cipi ac Domino suo Cle-
mentissimo.

Vix est tempus, Serenissime Princeps, in
quo non aut libri aut theses in hac Ingolstadiensi Academia magno Tuo no-
mini inscribantur. Communis omnibus
causa est, quod Academia & Academicici
Tui sint, & quisq; nefas ducat cum Tuis
ad aliena abire. Privata cuique sua est; variis varia; mihi
hæc, quod Tuis Dux sis, cui debeo & ratione Patriæ,
me meaq;, clientis tanquam, naturali Principi, & ratio-
ne paterni nominis, quod meus apud Te, Tuosq; con-
traxit genitor. Quoniam autem is iam ad immortales
abiit, & ego ab eo saltē grati animi hæres scriptus sum,
rectè me in eius locum fisto, ac Serenitati Tuæ hunc
meum laborem contra offero, non in solutionem, sed
in perpetui debiti censem, quem quinquennali circi-
ter, iuridicoq; labore coactum, nec dum ut nimis minu-
tum, offerre auderem, si auderem esse immemor bene-
ficiorum. Ea enim si compensari non possunt, saltē

2. EPIST. DEDICAT.

tanquam accepta esse ostendi debent, quod æquè sit
paruo indice ac magno. Quid aliud darem tanto Princi-
pi? Ea Tua Dux Maximiliane fortuna est, vt Tu Ted-
igna aliis dare possis, nemo Tibi & mihi solatio est, Te
non petere patia, qui ita impara dedisti, vt reciperes
impara, sed minora. Ingolstad. 27. Septemb. Anno
M. DCII.

Serenitatis Vestræ

Humillimus Cliens

Ioan. Baptista Vischer
Monachiensis.



DISTR.

DISTRIBVTIO HVIVS
DISPV TATIONIS.

V M in quibus re non tam quid dicatur, quam quo
ordine, attendi solet: hanc nostram de Contractibus
disputationem in quatuor capita redigimus. Quo-
rum primo de ris, qui re contrahuntur, dispiciemus.
Secundo, qui verbis. Tertio, literis. Quarto, qui consensu. Deniq.
aliquot de ultimis voluntatibus quæstiones annexæ placuit.

DISPV TATIO IVRIDICA
De Contractibus.

THE SIS I.

Contractum propriè Labed esse ait, vltro citroq; obliga-
tionem: quod Græci συναλλαγμα vocant a. Latiore ta-
men significatione, quemuis alium contractum, etiam in-
nominatum continet b.

a Ita text. in l. Labeo 19. ff. de verb. sign. b Dom. Henric. Caniss. in
summa sua de contract. Et eorum diuis. I ait prætor. ff. de minorib.

II.

In contractibus innominatis, pœnitentia locus est ex parte eius
qui implevit a, secùs in nominatis contractibus, vbi scilicet alterius
quæstum est b, alioqui etiam in his pœnitere licet c.

a l. si pecuniam, 5. ff. de condic. causa data. b l. inciule 12. Cod. de rei
vindicat. l. sicut 5. C. de act. Et oblig. c. vt in deposito, l. i. §. si sic, ff. depo-
siti. en mandato, §. mandatū, inst. de mandat. l. si quis, §. qui suscepit, ff.
mandati. in societate, §. manet Inst. de societat. iuncta. actione 5. §. dixi-
mus, ff. pro socio item in precario, l. cum precario, 12. ff. de precario.

III.

Contractus nominati qui re & consensu contrahuntur, iurisgen-
tium sunt a, verbis & literis iuris ciuilis b.

a l. consensu 2. ff. de action. Et obligat. l. i. in f. ff. de contrah. empti. iu-

DISPUTATIO IURIDICA

risgentium, 7. ff. de pact. l. i. & l. locatio. ff. locati. l. i. infi. ff. de rerum
permittat. b §. de constitut. pecun. Inst. de actionib. l. vlt. ff. de duobus
reis stip. l. si debitori 47. ff. de fideiuss.

IV.

Re contrahitur obligatio cum hoc agitur inter partes, ut à datione
incipiat a, ac proinde in ea amplius non obligamur b, quam re ipsa
aceperimus, veluti in mutuo.

a. l. i. ff. de action. & oblig. text. est in l. i. & 2. & per tot. ff. si cert.
pet. & eod. §. i. & per tot. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. i. & per
tot. ff. commodati, & simil. b. l. si tibi rem. ff. de pact.

V.

De Mutuo. Mutuum quod à credito tanquam species à genere differt, inde
dictum est, quod de meo tuum fiat; et si hoc non fiat, nulla nascitur
obligatio a, qua tamē ortā tacitè id agitur, ut debitori deteriorem
rem, quæ ex eodem genere est, reddere non licet: nisi fortassis aliter
inter eos conuentum sit, ut videlicet deterior reddi possit, vel etiam
alia res b.

a. l. 2. & quasi per tot. ff. si cert. pet. §. i. Instut. quib. mod. re contrah.
oblig. l. i. §. mutui autem datio. ff. de act. & obl. b. l. rogasti ii. §. si tibi
dedero. ff. si cert. pet.

VI.

Sed an amplius quam mutuo acceptum sit? quod absolute nega-
mus.

d. l. rogasti. §. si tibi dedero, verific. sed et si: quia p'sura est, vbi amplius
requiritur, quam datur, c. p'sura 4. & sequent. 14. q. 3. facit text. in l.
cum ultra, C. de non num. pecun. l. si tibi. in prin. ff. de pactis.

VII.

Filius fam: mutuum recipiens, licet ciuiliter & naturaliter obli-
getur a, in effectu tamen non tenetur, propter exceptionem senatus
consul: Macedoniani b, quam etiam hodiè inter Christianos obtin-
re putamus, etiam si pecunia mutuo sumpta salua apud filium fami-
lias extet c.

a. l. filius fam ff. de action. & oblig. gloss. ordin. in d. l. i. ff. eod. tit in
verb. petirio, vbi Bartol. & alii commun. gloss. ordina. in rub. C. de non
numerat. pecun. Bars. in l. cūm lex. ff. de fideiussorib. n. 9. b. toto tit. ad
S. C. Maced. c. text. expressus. in l. sed et si pater fam. 9. vel in aliis, il. §.
hoc Senatus consultum. ff. iam d. tit.

VIII.

Quod si filius famili: mutuam pecuniam soluerit, non repetit
ex

DE CONTRACTIBVS.

ex sua, neq; ex patris persona cui hæres est a, at pater potest ean-
dem pecuniam vendicare, si extet b, quod si coiuncta est, non aget
condicione, dummodo si de bona consumpta sit c, sin mala fide,
aget in omnem euentum d.

a. l. qui exceptionem, & l. si non sortem, §. si filius fam. ff. de condic. in-
deb. b. l. si filius fam. 14. ff. si cert. petatur. c. d. l. si filius familius. d. l.
sed et si, §. i. ff. ad Senat. consult. Maced. & gloss. ibidem.

IX.

Etsi depositarius, vel commodatarius rem remittens per idoneam
personam periculo rei eximatur a, secus tamen est in remittente mu-
tuum, vel alio in quem translatum est dominium: nam remissa hac
pecunia, etiam per idoneum nuncium, & intercepta, periculo debi-
toris est b.

a. l. eum qui. in fi. cum l. seq. & Largentum, 20. ff. commodat. L. apud La-
beonem, §. fin. ff. de prescript. verb. b. c. significante 12. vbi Panorm.
ext. de pignor. Costalius ad d. l. argentum, ff. commodat. Nauarrus in
manuali, cap. 17. n. 186. & sequent.

X.

Cum commodatum sit rei alicuius in certum usum ad tempus De com-
pressum vel tacitum gratuita concessio a, facile apparet, quâ notâ modato.
a precatio dignoscendum sit: quod illud scilicet non nisi finito usu,
vel præstituto tempore b, hoc indifferenter quandocunq; reuoca-
ri posset c.

a. l. i. & 2. & per tot. ff. commodati. l. i. & per tot. Cod. eod tit c. i. ext.
de commun. §. item is cui Inst. quib. mod. re contrah. obligatio. b. l. in
commodato. 17. §. sicut. ff. commodat. c. l. i. 2. & 3. ff. de precario, c. fi.
ext. de precar.

XI.

Quamvis periculum & casus fortuiti, ad commodantem spe-
cent a, secus tamen existimamus vbi culpa casum præcesserit b, vel
aliter inter contrahentes conuenit, vel in restituenda re commo-
datarius moram fecit c, aut estimationem se præstirum recepit d.
Nam his casibus, res periculo est commodatarii e.

a. l. argentum, ff. commodati. §. item is cui, verific. alioqui, & l. in rebus,
ff. eod. tit. b. l. i. §. si conueniat, ff. depositi, l. sed et si quis 4. §. que situ,
ff. si quis cautioni. c. l. 5. §. sed interdum, ff. commodat. cap. vniq. ext. de
commod. d. l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. eod. vbi latè Bart. e iam
dd. iuribus.

Sed

XII.

Sed quæstionis est, si cōmodatarius re cōmodata fortuitd im-
peditus, & sine culpa sua, intra tempus expreſſe vel tacitè p̄fini-
tum vti non potuerit, an alio tempore in iure cōmodante vti pos-
sit? Negatiua placet.

Bart. in l. in cōmodato, s. sicut, ff. cōmodat. l. item illa, ff. de cōſtit.
pecun.

XIII.

De deposito. Depositum cūm fiat deponentis gratia, de dolo tantum tenetur
depositarius a, at si mercedem pro custodia acceperit, etiam de leui
culpa conuenitur b.

a l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. cōmod. c. bona fides, ext. eod. b. l.
1. §. si quis seruum, ff. depositi: d. c. bona fides.

XIV.

Vtrum in deposito pactum interuenire possit, vt alia res eiusdem
generis reddatur? Nobis omnino videtur a, quinam si res qua in
genere suo functionem recipit ad numerum pondus vel mensuram
deponatur, tacitè id actum videtur, vt depositario ea re utrui frui li-
ceat b.

a per l. die sponsaliorum 25. §. fin. ff. depositi, declarat pulchre Parisus
conf. 131. n. 17. volu. 4. Et Menoch. in conf. 37. lib. 1. b. l. in naus sau-
pheli. vers. idem iuris est in deposito, ff. locati, Et l. lucius ff. depositi, d. l.
die sponsaliorum, §. 1. cum sequent. ibi Bart.

XV.

Quilibet autem deponere potest, siue is filius vel pater familias sic
sed & seruus a, siquidem & prædonii, pro te deposita, quamvis sua
non sit, actio ad repetendum non denegetur b.

a l. 1. §. si seruum, Et §. non solum, ff. depositi. b. per l. 1. §. si prædo, ff.
depositi, Et declarat Et reddit rationem loan. And. in addit. ad specul.
in tit. de deposito. ibi in verbo diuerso.

XVI.

Depositum quod ad certum & p̄finitum tempus datum est, si
et in iure, ante lapsum illius sine iusta aliqua causa restituī non pos-
sit a, recte tamen à deponente, etiam non decurso termino, repeti-
tur b.

a l. ei apud quem, §. § fin. ff. depositi. b. l. 1. §. penult. ff. eod. c. bona fides,
ext. eod. tit.

XVII.

Depignore. Contrahitur pignus non tantum traditione, sed & nuda conuen-
tione.

DE CONTRACTIBVS.

tione a, Nec solum inter præsentes, sed etiam inter absentes b, velu-
ti per epistolam, nullo etiam addito die, vel consule c, nec refert
quibus verbis fiat, cum nulla in eo contrahendo requiratur solem-
nitas d.

a l. 1. ff. de pignoratis action. Panor. in c. cum aliquis, de re iudic. nu. 4.
b Bart. in l. creditor 23. in ff. de pignorib. c. l. cum tabernam 34. §. 1.
ff. egd. tit. d l. 4. ff. d. tit.

XVIII.

Dissert pignus ab hypotheca, quod illud propriè in mobilibus,
hac in immobilibus constitutur a, plerumq tamen pro eodem ac-
cipiuntur, cum & nominis tantum sonum, inter pignus & hypotheca
differre, velit Martianus b.

a l. plebs 238. §. pignus, ff. de verb. signif. §. item seruana. In de action.
l. si rem, §. proprie, ff. de pignorat. action. b l. res hypotheca, infin. Et
passim. Et tit. ff. Et Codice. de pignor.

XIX.

Pignus non tantum expressa contrahentium voluntate, verum
etiam tacitè contrahitur a, veluti si prædium yrbanum conducatur.
Etenim omnia inuecta & illata pro pensione, statim locatori tacite
obligata intelliguntur b, quod tamen in inuectis & illatis in prædi-
um rusticum non obtinet c.

a tot. tit. ff. Et Cod. in quibus pignus vel hypothec. l. item 4. ff. de
pact. b l. 2. 3. cum aliquor seqq. ff. in quibus causis pign. vel hypothec.
contrah. l. fi. C. eod. tit. Et d. l. 4. c. l. 1. ff. de Salutian. interdict. l. certi iuri-
ris, C. locati, l. eo iure, ff. in quib. cauf. pign. l. fi. C. eod.

XX.

De libris studiosorum an tacito hoc pignore contingantur, grauis
apud DD. quæſtio est: Sed magis est non contineri.

Per text. in l. obligacione generali 6. ff. de pignor. Et l. 1. cum similib. C.
que res pign. oblig. poss. l. in prædiis, ff. de pact. Bart. in l. generali, §. 1. Et
2. ff. de vsufr. legat. latissime Menoch. de adipiscen. possess. remedio 3. q.
27. Et de arbitriis iudicium, caſu 441.

XXI.

Similis quæſtio est de bonis Episcopi, seu Prælatorum, an pro mai-
la administratione bona illorum. Ecclesia sim tacitè obligata? Af-
firmatiuam tenet glos. a, nobis vero contraria videtur, eo quod nullo
iure cautum sit b.

a in c. ex literis, ext. de pignor. vbi Panormitan. num. 11. b arg. c. l. de in-
tegr. refit.

XXII.

Non dubium est, pignus ab ipso creditore alteri oppignerari posse, ita quod debitor primo vel secundo creditorum soluens repetere possit pignus a. Sed quā actione ager contra secundum creditorem, cum quo nihil contraxit? Et verius est, cum pignus ipso iure sublatum sit b, etiam quo ad secundum creditorem, agere posse debitorum pignoratitia actione contra primū creditorem, ut is rem pignori datam à secundo creditore recipiat, deinde debitori restituat d, aut intentare potest debitor, rei vindicationem, quā competit contra quemlibet possessorem e, aut saltem implorare officium iudicis f.

a. c. cum contra. 6. ext. de pignor. & tit. Codici. si pignus pign. dat. siti l. grege. §. cum pignori ff. de pignorib. b. l. item liberatur. in princ. ff. quib. modi pign. vel hypoth. solui. c per text. in l. lex. rectigal. ff. de pignorib. d. l. petenti ff. de pignor. act. et l. in rem ff. de rei vindic. f. Panor. ad. d. c. cum contra. n. 6.

XXIII.

Annē pacto auct/seqꝝ conueniri possit inter debitorem & creditorem, ut fructus pignoris, qui aliás in extenuationem fortis imputantur a, creditoris lucro cedant? Quod iure ciuili existimamus l, de iure vero canonico minime, cum hæc conuentio vñtraria sit c.

a. l. 1. & 2. C. de pignorat. action. c. cum contra 6. ext. de pignor. b. l. si is qui bona II. in princ. ff. de pignor. l. si ea pactione. l. si ea lege. C. de vñtria. c. i. & 2. ext. de vñtria. c. illo 4. de pignor. Andre. Gall. lib. 2. obseruat. 3.

XXIV.

Illam vero pactionem, quam vulgo pactum legis commissoria appellant, nullo iure sustineri posse putamus.

c. significante 7. ext. de pignor. l. fin. Codic. de pactis pignor. Dom. Heric. Canis. in summa sua. tit. de pignor. & fideiūffor. lib. 3. §. nec hac.

XXV.

Ceterū an creditor contra debitorem, iuri offerendi preferat, controuerti solet, sed nos rectius negamus.

Andre. Gail. lib. 2. obser. 18. Bald. in 4. parte de prescriptionibus. q. 3.

XXVI.

Condicō indebiti, ex quasi contractu descendens, vt competat, tria sunt necessaria: vt solutum sit, vt indebitum, vt per errorem.

S. is quoq; Insti. quib. mod. re contrah. obligat. §. penulti. Inst. de oblig. quā ex quasi delicto nascunt. l. si quis. S. is quoque ff. de obligato. T. action.

XXVII.

Si nummi alieni dati sint, condicō competit, vt saltem eorum possessio reddatur.

Lindebiti II. §. 1. ff. de condicō. indebiti. l. si is cui 94. §. 1. ff. de solut. l. Casius 17. ff. eod. tit.

XXVIII.

Si quid pupillo sine tutoris autoritate, indebet solutum sit, non datur condicō indebiti a, nisi pupillus sit factus locupletior, quo casu & naturaliter & ciuiliter tenetur b.

a. S. is quoq; l. quib. mod. re contrah. obli. videlicet l. obligari 43. l. pupillus, 59. ff. de oblig. & actio. l. apud Celsum, 4. §. 4. ff. de dol. mal. & met. excep. & l. obligari, ff. de author. tutor. b. l. quod pupillus 41. ff. de condicō. indebiti. l. pupillus, ff. de oblig. & action. l. 5. ff. de auth. tutor. l. naturaliter, §. 1. de condicō. indebt. & l. seq.

XXIX.

Fratres in patris potestate existentes, si mutuum inter se contrahant, naturaliter sibi inuicem obligantur, quā tamē obligatio statim patri queritur. Hinc quæsumus est an frater debitor post mortem patris soluens pecuniam à fratre mutuo acceptam, condicō indebiti repetere possit? Et putamus fratrem debitorem, pro ea parte qua hæres extitit patri, recte posse repetere. Alia vero parte qua frater creditor hæres extitit, ita demū posse recuperare, si non minus ex peculio fratri debitoris, ad fratrem creditorem peruerterit.

Per textum expressum in l. frater à fratre. & ibi latè Paul. Castr. Bart. & alii. ff. de condicō. indebt.

XXX.

Solemnitas stipulationis in eo consistit, vt precedat interrogatio, De verbis sequatur responsio, adeò vt si interrogatus sine verbis annuat, non rum obligatum non ciuiliter, sed nec naturaliter obligetur a, licet fauore ligationibus, berationis receptum sit, vt inutilis acceptatio, valeat in ym pagi b.

a. l. 1. §. si quis ita ff. de verbis obligat. l. 1. §. eum qui ff. de confit. pecun. b. l. si vñus 27. §. vñ. ff. de pactis.

XXXI.

Quemadmodum cautio, quā nullam causam continet, veluti ex mutuo, ex emptione, ex donatione, vel simili, nihil probat contra debitorem a, ita etiam stipulatio sine huiusmodi causa inita, non nocet promissori, quin saltem exceptione dolii opposita, possit submoveare stipulatorem b.

a c. si cautio i.4. ext. de fide instrument. l. cum de indebito 25. §. fin. ff. de probat. & presump. b l. palam autem 2 ff. de dol malo & mer. excep. adde felin. ad d. c. si cautio. n. 3.

XXXII.

An sicut in instrumento publico, verbum (promittere) eam habet emphasis ut intrinseca stipulationis solemnitas interuenient presumatur a, ita etiam in priuata cuiuspiam scriptura? Idem utrobius contendimus b.

a §. si scriptum. Inst. de inutil. stipulat. l. sciendum. ff. de verb. oblig. l. & ibi gloss. C. de vñr. iuncta l. 2. Cod. de contrah. & committit. stipulat. b l. i. C. eod. tit.

XXXIII.

Cui tamen presumptioni in dictis testium, locum non tribuitus. arg. tex. in l. qui testamenta. §. vlt. & ibi Bart. ff. de testam. Alciat. in l. sponsio. in fin. ff. de verbos. signif. l. inter stipulantem §. si Stichum. ff. de verb. obligat. l. testium. C. de testib.

XXXIV.

Regulariter alteri stipulari impermissum est a, aded ut nec frater fratri, vel consanguineus consanguineo, nec matri filius b, nec filio mater c, nec pater emancipato filio d, quamvis inter eos affectionis interesse versetur.

a §. alteri stipulari. & §. si quis alteri. l. de inutilib. stipulat. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verb. obligat. b l. inter. §. cum pro se. ff. de pact. dotal. l. debitor. §. ff. ad. Trebel. c. l. pactum. C. de pact. conuent. d l. cum partem. C. de iure dor. d. l. inter. § eo. & d. l. debitor. Bart. in d. l. stipulatio. §. alteri in. 3. oppos.

XXXV.

An verò ex stipulatione alteri facta, naturalis saltet oriatur obligatio? Quod non putamus.

Per tex. in l. quicunque. 10. ff. de act. & obligat. & l. ff. de pact.

XXXVI.

Quid si aliquid consuetudine, vt quis alteri stipulando acquirat, receptum a, vel iuramento talis stipulatio firmata sit? His casibus communem regulam cessare asserimus b.

a per tex. in l. si quis donaturus. ad ff. ff. de vñfruct. Ludo. Rom. l. certi conditio. §. si numeros. ff. si cert. per. b Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. eleganter Panor. ext. in procemio. n. 25.

XXXVII.

Quemadmodum & in piis locis & pauperibus, ex benigna Baldi sententia, noui item in fisco b,

DE CONTRACTIBVS.

II

a Bald. in l. illud. C. de sacrosanc. Eccles. b l. i. post princip. & ibi Bart. ff. de iure fisci. l. arbitrio intra. ff. de recepti arbitrio.

XXXVIII.

Celebris inter DD. hic agitur quæstio: an valeat hoc pactum, siue præmissio viri eo tempore facta, quo contrahit matrimonium, ut teneatur perpetuò habitare cum uxore sua in certo aliquo loco, & non alibi, adiecta pena? Et magis est non valere, neq. virum in penam incidere, si contraria fecerit, nisi quatenus interficit uxoris.

arg. tex. in l. Tilio centum. §. Tilio centum. la 2. ff. de condit. & demon- stra. arg. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re judic. l. cum stipulatus sim mihi. §. fin. iam dat.

XXXIX.

Fideiussor in durior em causam obligari non potest, quam principalis debitor, licet possit in leuorem accipi. Neq. enim plus in ac- cessione esse debet, quam in principali.

§. fideiussores; l. de fideiussor. l. græc. §. illud. & g. l. hi qui. ff. hoc eod. tit.

XL.

Non leuis quoq; inter Doctores contentio est, vtrum si fideiussor in plus sit obligatus, quam principalis debitor, vt si exempli gratia debitor in quinquaginta, fideiussor verò centum promittat, fideiussoria obligatio, tanquam inualida, omnino concidat, an verò in quinquaginta sustineatur? Et verisimilius est, ad concurrentem quantitatem valere.

Per tex. in l. rogatus. 33. ff. mandati. in l. l. si stipulati. ff. de verb. oblig.

XLI.

Fideiussio cuilibet obligationi, etiam naturali, vel ciuili tantum accedere potest a; immò & qua ex delicto priuato vel publico des- scendit b, dummodo corporalem coercitionem non contineat c,

a l. i. ff. de fideiussor. & eod. tit. l. in princip. b l. græc. §. sed et si ex de- licto. ff. iam d. tit. de fideiussor. l. si quis reum. ff. de custod. & exhib. reorum. c propter ea quod nemo sit dominus membrorum suorum. l. li- ber homo. 13. ff. ad leg. Aquilam c. si non licet. 23. q. 5.

XLII.

Rogatus quis vt fideiubeat, non tantum rogatus videtur, vt fidem suam interponat, verū etiam vt soluat a. Aliud verò si rogatus, vt predium emat: nam emptor, priusquam soluat venditori, agere pos- test contra rogantem, vt in se suscipiat obligationem emptionis b.

a l. indebitam pecuniam. 47. ff. de conditio. indeb. & ibi Bald. b l. si mandato meo. in princ. ff. mandati.

B

In

XLIII.

In fideiussione tamen admissum est, ut ex his causis agere possit fideiussor contra mandantem, ut ad obligatione sua liberetur, si videlicet debitor solutionem suam diu protracterit, quod iudicis arbitrio discernendum est: aut facultates suas dissipare cooperit, aut ipsa fideiussor sententia iudicis, ut soluat, condemnatus sit b.

a. c. constitutus. 3. & c. fin. ext. de fideiussor. & l. Lucius. 38 ff. manda-
ti. iuncto c. mora. de regulis iur. in 6.

XLIV.

Sed disputationis est, an fideiussor si creditori debuimusque ut debitorem bona sua dissipantem ad solutionem urgat, profit hoc fideiussori? Sed verius est, non professe.

Per text. in l. si fideiussor. ff. de fideiussor. add. Panor. ad d. c. consti-
tut. ext. de fideiussor. & Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 28.

XLV.

Mulier fideiubendo pro alio, licet iuuetur (SCto. Velleian. 4, ab eo tamen excluditur, si iurata intercesserit b, aut certior facta simili-
citer et renunciauerit c) & ibi gloss. in 3. solut. quam etiam commendat Panor. & Felin. ibid. & tradit ex comment. Dd. opinione Andr. Gail. lib. 2. obseruat.
c l. fin. §. ff. ad S. C. Velleian.

XLVI.

Clericus quoq; eti fideiussor esse prohibetur a, nihilominus, si
fideiusserit, obligatur b.
a. c. i. de fideiussor. & c. te quidem. ii. q. i. b Hostiens. Panor. Ioan. And.
in d. c. i. ext. de fideiussor. text. est in c. 2. ext. eod. Bart. in l. 3 ff. de fidei-
ussor.

XLVII.

Quid si ex fideiussione siue alia causa condemnatus clericus non
soluit, an ob id in carcerem detрудi possit, aut compelli, ut bonis
suis cedat? Minime, sed expectanda in eo pinguior fortuna est.

c. Odoardus 3. ext. de solut. glossa & Bart. ad l. miles. ff. de re indic. Imo-
ad d. c. Odoardus. Didac. Conar. lib. 2. variar. resolut. c. l. p. 9.

XLVIII.

Quaritur utrum confessio creditoris, contenta in instrumento
publico vel priuato, qua facetur, se recepisse a fideiussore debitum,
teneat, & probet solutionem, ita ut virtute illius, fideiussor actione
mandati, contra debitorem principalem experiri possit? Nos af-
firmavam defendemus,

arg. text. in l. Publia Matia, §. fin. ff. depositi. Bart. consi. 160. Contra-
rium tamen tenet in l. duobus, §. i. ff. de iure iur. & ead. l. contra ipsum.
Castr. Alex. Saly. Reli. in c. si cautio. ext. de fideiust. text. in l. qui debi-
torum. ff. de fideiussorib. arg. text. in l. in contractibus. §. super ceteris.
C. de non num. pecun.

XLIX.

Si quis deberet se scriperit, quod sibi numeratum non est, excep- De lisera-
tionem non numerata pecunia intra biennium opponere potest, a, rum obli-
Neq; tollit hanc exceptionem confessio facta in publico instrumento gationibus
eo b, aut etiam iuramenti affectio c.

a. Inst. tit. de liter. obligat. in principi. in contractib. 14. & §. illo vide-
licer. C. de non num. pecun. b. arg. text. in l. fin. ff. de constit. pecun. l. fin.
C. de non num. pecun. C. Ang. consil. 24. 2. incipit, quia omne datum optimum.

L.

In ultima tamen voluntate, si testator in testamento, vel codicil-
lis confiteatur, se recepisse certam quantitatē ex causa mutui, eamque
volui subiectat huic exceptioni locum esse negamus.

Bald. in l. vna. C. de confessis. idem in l. fin. C. de non num. pecun. idem in
c. i. §. vasalli. de pace constan. in vsl. feudor. Alex. in l. si dissolut. ff. de
verb. oblig. Cyn. Castr. & ali in l. contractibus. C. de non num. pecun.
Ias. in l. 2. §. creditum. n. 18. ff. si cert. pet.

LI.

Et quantum sint, qui post biennium exceptionem non numerata
pecunia opponi posse existiment, dummodo excipiens instar alia-
rum exceptionum recipiat in se onus probandi: nobis tamen secus
videtur.

Per iura & rationes, quas ad fert Ioan. Faber in tit. Inst. de liter. obliga-
t. & Felin. ad d. c. si cautio. ext. de fideiinstrumen. cum sequenti.

LII.

Illud difficultatem maiorem habet, an haec exceptio non num-
erata pecunia, a clericis nomine Ecclesie contrahentibus, etiam post
biennium sine onere probandi opponi possit? Quod nobis omni-
nō videtur.

Quia requiritur, ut pecunia vera doceatur in rem Ecclesie. c. penult. ext.
de fideiussor. c. l. & ibi Panor. ext. de deposito. Felin. in d. c. si cautio. ext.
de fideiinstrumen. Hostiens. in c. fin. de solut.

LIII.

Si venditor ultra dimidium iusti pretii deceptus sit, an nihilomi- De emplio-
nus no coven-
ditione.

nus teneat venditionis. Et tenere afferimus, salvo tamen venditori actione, vel ad rem ipsam, vel ad pretium supplementum consequendum.

a. Idem obtinet ex parte emptoris, si similiter laesus sit b.
a. c. cum dilecti filii, ext. de empt. & vendit. ibi Panorm. l.2. C. de refe-
sein. vendit. b. ex sententia omnium Dd. teste Pinello ad d. l.2. c. 2. n. 1. &
seqq.

LIV.

Premium in emptione & venditione, necessarium interuenire a, id est
in pecunia numerata consistere debet b, quamvis postea loco pecu-
nia alia res consentienti venditori solui possit c.

a. §. premium. l. de empt. l. 2. §. sine pretio. ff. de contrah. empt. b. l. natu-
ralis. & ibi gloss. §. at. cum do. ff. de prescript. verb. notar. per gl. in l. 2.
ff. de contrah. empt. l. Imperatores. ff. eod. l. si seruus plurium ff. de leg.
i. c. tex. est in l. si olei. vbi Bart. C. locati. Decius in cons. 160.

LV.

Quid si diuerso tempore una eadem res duobus sit vendita? Ille
potior erit iure, qui prior tempore fuit, nisi traditio posteriori, fa-
cta sit a, tunc enim erit melior conditio possidentis, etiam si in prio-
re venditione instrumentum accesserit b.

a. aliquoties. & ibi lsf. & alii. C. de rei vindicat. gl. in l. sine autem. §. duo-
bus ff. de Publicia. in rem actio. Rota Rom. decisi 879. b. Imol. in c. cum
contingat. ext. de iure iur. lsf. in d. l. quoties.

LVI.

Quid si veteris traditionem sibi factam proberet, & dubium sit cui
prius res tradita sit? Hac specie possessore est preferendus, donec ma-
nifeste contrarium probetur.

Cyn. in d. l. quoties. C. de rei vindicat. q. vlt. Bal. in c. i. §. si facta. si de feud.
fuerit contraria. Gomez. ius in iur. de empt. & vendit. sub n. 20.

LVII.

Difficilis succedit quæstio, Vtrum pactum retrouendendi adie-
ctum contractui venditionis a, temporis prescriptione tollatur? Et
communi calculo obtinuit, quid triginta annorum spatio b. Cui &
nos subscribimus: dummodo bona prescriptentis fides etiam con-
currat c, licet contraria sententia aequitate non omnino destituta sit,
quæ & à plerisque defenditur d.

a. de quo est tex. in l. 2. C. de pactis inten. empt. & vendit. b. vt est apud
Did. Couar. variar. resolut. ibi l. a. b. & probat tex. in l. sicut. C. de pre-
script. 30 vel 40. annorum. c. a. si vigilanti. c. fi. ext. de prescript. d.
ipudicand. Couari. doc.

vbi

LVIII.

Vbi hoc pactum retrouenditionis, ad certum & præfinitum tem-
pus (veluti ad sex vel decem annos) conceptum esset, putamus ter-
mino elapsi venditorem, rem à se anteà venditam, offerendo pre-
mium redimere non posse a, nisi modicum premium cōstitutum esset,
quo casu contrarium conferemus b.

a. Couar. variar. resolut. c. 9. b. text. in l. si creditor. §. illud. ff. de distract.
pignor. arg. conclus. 24. cum ibi adduct. præsumitur enim hoc casu po-
tius pignus, quam venditio, & per consequens contractus surarius:
iuxta decisionem, text. in c. ad nostram. §. ext. de empt. & vendit.

LIX.

Illiud quoq; quæsitum est, an si quis beneficio l. 2. C. de rescinden-
tia expresse renunciauerit, eo nihilominus uti possit. Et veri-
tus est non posse, si valorem rei venditæ renuncians sciuerit a, secūs si
ignorauerit b.

a. Bart. in l. si quis cum aliter. in 2. q. ff. de verb. obligat. communis. Pd.
in d. l. 2. Ias. in l. et si post tres. ff. si quis caution. b. arg. l. hec adiectio. ff.
de verb. sign. tex. in l. cum furti. ff. de in litem iuran. Videatur Pinellus ad
d. l. 2. n. 10. cum seq.

LX.

Similiter quæsitum est de transactione, an in ea remedium d. l. 2.
locum habeat? Et non habere proprius existimamus.

Per tex. in l. Lucius. §. fin. ff. ad s. C. Trebellian. & l. in summa. ff. de con-
dict. indebiti.

LXI.

Sed et si res sub publica subhastatione vendita sit, & emptor vel
vendor ultra dimidium iusti pretii deceptus sit, nihilominus idem
beneficium d. l. a. competere afferimus a, etiam si non facile ibi pre-
sumatur laesio b.

a. tex. in l. si quos. C. de rescind. vendit. & ibi notat gloss. Panor. in c. cum
causa. ext. de empt. & vendit. arg. l. si quidem. C. de præd. minor. b. Ang.
in l. sciendum. ff. de verb. obligat. & in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. l. 1.
C. de prescr. 30. vel 40. annorum.

LXII.

Sunt qui etiam ad locationem & conductionem idem transferunt,
utp; adeò ad omnes contractus bona fidei. Et rectè.

Id enim ab omnibus receptum testatur Pinellus ad d. l. 2. c. 3. in princ.
l. in contract. C. ex quib; caus. maiores. C. communia. vtriusq; iud.

C

Mer-

De locatio-
ne et con-
ductione.

LXIII.

Merces locationis & conductionis non tantum in pecunia numerata, verum etiam in qualibet alia re fungibili consistere potest.

Per tex. in l. si olei. 21. C. locati. per l. licet. C. eod. tit. l. hac distinctio. 35. f. ff. eo. tit. l. si quis. ff. locati.

LXIV.

Non leuis est inter Doctores contentio, an & quando in locatione & conductione agri, remissio pensionis propter sterilitatem fieri debeat? Item è diuerso an auctio pensionis ob nimia vbertatem fructuum? Nos priori casu, si sterilitas fortuito casu euenerit, omnino remissionem fieri oportere afferimus, ita tamen si ea immoda sit, hoc est tam exigui fructus collecti sint, ut conductor soluendo pensionem, remaneat laesus ultra dimidium iusti pretii b. Posteriori vero casu, nullum augmentum pensionis admittimus c, refragantibus licet aliis d.

a. c. 3. ext. de locat. l. ex conducto. §. si vis tempestatis. iuncta l. si merces. §. vis maior. ff. locati. b. Bart. ad l. licet. C. de locato. quem sequitur Bald. Butr. Imo. & alii apud Pinellum. ad l. 2. in 1. par. c. 3. C. de rescind. vendit. c. per tex. in d. §. vis maior. ibi, cui immodicum lucrum non affertur. Salyc. Fulgos. Paul. Castren. & alii relati à Pinello. iam d. loco. n. 34. d. Ant. Gomez. Varian. resol. iur. lib. 2. c. 3. vers. quod extenderes.

LXV.

Vbi tamen in plures annos locatio facta est, non putamus propter sterilitatem, remissionem pensionis fieri debere, dummodo damnum compensari possit cum vbertate precedentium, vel subsequentium annorum.

d. c. 3. & d. l. ex conducto. & l. licet. C. locati.

De societa:
te.

LXVI.

Societas contrahitur sive vniuersarum fortunarum, sive vniuersorum bonorum, & haec se ad futura quoq; extendit a, sive plurium rerum, sive certarum alicuius negotiacionis b. a. tex. in l. si societatem vniuersarum. & l. societas contrahitur. ff. pro socio. l. si quis societatem. ff. eod. tit. gl. in l. fin. C. quæres pignor. arg. de fideicomisso. C. de translat. b. §. I. I. de societate. d. l. societas contrahitur. ff. pro socio.

LXVII.

Sed vtrum in societate omnium bonorum omnia, quæ quounque titulo ad socios proueniunt contineantur? Minime, sed ea tantum, quæ ex questu veniunt a, nisi aliud specialiter conuentum sit b.

a. recta

DE CONTRACTIBVS.

17

a. rex. expressus in l. coire. cum l. seq. ff. pro socio. & ibi gloss. Bart. Bald. & alii. b. vt per rex. in l. 3. §. cum specialiter ff. pro socio.

LXVIII.

Inter socios si nihil nominatum de partibus lucri & damni conuenit; & qualitas utrobiq; spectari debet: si verò expressæ sint partes, haec seruandæ sunt a. Necp enim dubitamus societatem ita coiri posse, vt partes lucri & damni diuersæ sint, aut damnum vnius tantum, lucrum verò commune. b. Ita videlicet, vt illud lucrum intelligatur, quod supérest, omni deducto damno; & damnum omni lucro deducto c.

a. §. I. I. de societate. b. §. de illa sanè conuentione. I. eod. tit. l. societas. l. Mutius. ff. h. tit. l. si non fuerint. eod. tit. l. I. C. eod. tit. l. societas contrahitur. ff. h. tit. c. iam d. l. Mutius.

LXIX.

Illud quaestionis est, vt quia à iure permissa est haec societas, vt alter pecuniam conferat, alter non a, & tamen lucrum commune sit. Vtrum ea pecunia communis fiat? Si aliter conuentum non sit, non putamus, sed ab eo, qui contulit, finita societate præcipiendam esse b.

a. §. Nam & ita. Inst. de societate. & l. I. C. eod. b. Saly. ad d. l. I. nume. 2. & probat tex. in l. coiri. 7. ff. pro socio.

LXX.

Mandatum quod mandatarii tantum gratia fit, cum sit magis con. De man-
filiū, mandantem non obligat a. Nisi certa persona adiecta sit b, date.
neque aliás erat facturus mandatarius.

a. §. tua tantum gratia. Inst. de mandat. b. l. si remunerandi. §. plane. ff. mandati. iam d. §. tua tantum. versic. & adeo haec ita fons.

LXXI.

Quæsitum est, an mandatario mandati fines transgredienti, saltem competata actio negotiorum gestorum, si utiliter rem gesserit? Et constat, si contra specialem prohibitionem negotium gestum sit, nullam vel directam vel utilim negotiorum gestorum actionem competeret.

I. vlt. C. de negot. gest. l. si pro te. ff. mandati. l. Pomponius. ff. de negot. gestis.

LXXII.

Quæritur & de donatione excedente valorem quingentorum au. De dona-
torum, an insinuatione eius renunciari possit? Quod negamus a, tione,
ad eod licet plures res eadem donatione contineantur, & expressè di-
ctum sit, tot esse donationes quæ sunt res b.

C. 2
Parte

a arg. l. nemo potest. ff. de leg. 2. eadem enim facilitate, qua quis inducitur ad donandum, inducetur etiam ad renunciandum. b arg. text. in l. si mulier la 2. C. ad Velleia. non obstat l. scire debemus. ff. de verb. oblig. per text. in l. sancimus. §. fin autem. el 1. C. de donat. vbi Bart. & idem in l. Modestinus. ff. de donat.

LXXXIII.

Non tamen abnuimus, quin excessiva talis donatio, iuramento confirmetur; etiam abiq; renunciatione insinuationis.

Per text. in c. cum contingat de iure iuri. vbi Panor. n. 17. Imo. n. 90.

LXXXIV.

Idem censemus de donatione inter coniuges facta, quod & hæc adiectione iuramenti vires capiat.

Bart. in l. si quis pro eo. n. 17. ff. de fidei iussor. Panor. c. fin. n. 9. de donat. inter vir. & vx. & in c. cum contingat. ext. de iure iuri. n. 30. & ibi Imo. n. 88. Ias. in l. pacta que contra. n. 5. ff. de pact. Coñar. in rubr. de testam. in 2. part. n. 10.

LXXXV.

Et cum donatio omnium bonorum vel partis maioris à patre extraneo facta in totum reuocetur iustitiate liberorum a, controuertitur, si iidem viuo parre deceperint, an donatio recoiualescat? Quod verius existimamus b.

a l. si unquam. C. de reuoc. donat. b. l. ex facto. 17. §. si quis autem suscep- perit ff. ad S. C. Trebell. & in l. posthumus. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. test. text. in l. feminæ. §. illud. Ver sic. fin. C. de secund. nupt.

LXXXVI.

Certi juris est, donationem ex expressis per Iustinianum ingratitudinis causis, reuocari posse a. Sed ati ex aliis præter illas? Nos & ad alias similes extetidimus b.

a §. scierendum. Inst. de donat. l. fin. C. de reuoc. donat. c. fin. ext. de donat. b. ita sentit gloss. in d. l. fin. & ibi exemplum ponit. Dd. commun. in au- thent. non licet. C. de liber. preterit.

LXXXVII.

Illud inter donatorem & donatarium conueniri non potest, ne propter ingratitudinis causam donatio reuocetur: cum per huiusmodi renunciationem donatarius ad delinqüendum inuitetur.

Per text. in l. si unus. §. illud. ff. de pact. & in l. conuenire. ff. de pact. dotal. Bald. in l. fin. C. de pact. Dd. commun. in c. fin. ext. de donat.

De sponsa

lib. ex ma-

LXXXVIII.

Cum & sponsalia & matrimonium inter contractus, qui consensu pœna-

perficiuntur, meritò cœseantur a, occurrit h̄ic illa quæstio, an in sponsalia contrahentibus præcisè ætas septennii requiratur, ita quod maliitia, aut præcocitate iudicij eadem præueniri non possit? Nos, licet Panormitanus, & aliis refragantibus b, præueniri & suppleri posse, propter existimamus c.

a l. sufficit. 4. ff. de sponsalib. c. vn. §. fin. ext. de despontat. impub. l. nu- ptias ff. de reg. iur. b Panor. ad c. iuuenis. ext. de sponsal. & matrimo. n. 5. cliteras. c. duo pueri. iam d. tit. Nituntur arg. l. qua ætate. ff. de testa. Idem in tutela & curatione, in quibus ætas simpliciter consideratur. & Inst. quib. mod. tut. finit. c per text. in c. iuuenis.

LXXXIX.

De infantibus quæsitum est, vt si ipsi inter fe, vel alter tantum cum maiore septenio contraxerit sponsalia, vel parentes pro illis utrum superueniente ætate conualescant sponsalia? Quod non putamus, nisi per mutuam cohabitationem, vel alijs verbo, vel facto appareat, eosdem in eadem voluntate factos maiores perdutasse.

Ita Bonif. VIII. §. quo spectat. text. in c. vn. in princip. de despontat. im- pub. lib. 6.

LXXX.

Sponsalia si pure contracta sint, dubium non est, statim ex iis publicæ honestatis impedimentum nasci a, atq; adeò ex iis matrimonii contrahendi obligationem oriri inter sponsum & sponsam b. Quā tamen non ita efficacem esse afferimis, vt ad matrimonium, quod non nisi libero consensu contrahitur c, planè inuitum cogat d, licet contraueniendo sponsus vel sponsa peccet mortaliter e.

a c. vn. §. fin. de sponsal. in c. t. literas. cum seqq. ext. de despontat. impub. Dom. Henr. Cantiani d. r. de sponsal. b. c. de illis. 7. iam d. tit. c. ex literis. 10. & c. sicut. 22. ext. de sponsal. c. c. cum locum. 14. ext. eod. tit. d. c. requisitus. 17. ext. eod. tit. e. D. Thom. 4. sent. dif. 27. q. 2.

LXXXI.

Tametsi in sponsalibus, pœna matrimonii contrahendi adiecta ab ipsis contrahentibus, vel parentibus eorum, nullus momenti sit a, aliud tamen censemus in arrhis, quæ vtroq; iure recte interueniunt b, & si per dantem steterit, quod non sequatur matrimonium, amittitur arrha: Sin per recipientem, ad dupli restitutionem, vel etiam quadruplici si ita conuentum sit, agitur c.

a c. gemma. 29. ext. de sponsal. b c. si quis vxor. 27. q. 2. c. nostrates. c. feminæ. 30. q. 5. c. fin. ext. de despontat. impub. l. 3. & l. fin. C. de sponsal. C. 3. c. d.

c. d.l.fin. Ratio diuersitatis videri poterit apud Panorm. in d.c gemma. num. 7.

LXXXII.

Sed an sponsalia in matrimonium transcant per oscula, aut cohabitationem, aut traductionem ad dominum, hic queri posset? Et non putamus, ne quidem per nixum ad copulam a, nisi ea sequuta sit. Quocasus adeo presumitur matrimonium, ut neq; probatio b, neq; propria confessio, contra presumptionem coniugalis consensus ex huiusmodi concubitu procedens, admittatur c.

a probatur hoc per ca.fin.ext.de sponsal. & per Dd. ibid. & in cap. i. de matr. contrah. contra interd. Eccles. b. c. is qui fidem. 30. ext.de sponsal. c. Couar. variar. resol. tom. 1. part. 1. de sponsal. s. 1. n. 9.

LXXXIII.

Dissolutuntur sponsalia, mutuo contrahentium dissensiū a, etiam si iuris iurandi religione firmata sint. Id enim in instrumento passim receptum est, ut praestitum in commodum hominis, possit ab eodem remitti b.

a c. 2. ext.de sponsal. Panor. & Felin ad d.c. 2 Couarru. in lib. 4. ext.c. s. b. Panor. & Felin. d. loco. probat. per c. 1. ext.de iure iur. Innocent. in c. 2. ext. de renunc.

LXXXIV.

Sed & quandoq; altero renuente vel ignorantie licite a sponsalibus disceditur; veluti si alteri sponsorum lepra superueniat, nasi vel oculorum amissio, baralis, fornicatio a, aut quid aliud turpius b. Non autem propter superuenientem paupertatem sponsalia distrahi posse existimamus c.

a c. quemadmodum. ext.de iure iur. cum simil. b. c. de illis. ext. de sponsal. c. sicut. iam d. tit. c. vn. de vot. & vot. redempt. in 6. c. ex publico. c. ex parte. ext. de conuer. coniug. c. Couar. in 4. ext. part. 1. c. s. n. 4. Panor. contra ad d.c. quemadmodum.

LXXXV.

Matrimonium metu contractum ipso iure nullum est a. Neq; interest, an quis sua culpa aut aliena in metum inciderit, utputa si quis in stupro deprehensus cum filia stricto pugione a parentibus adigatur, ut cum eadem in matrimonium descendat b.

a c. cum locum. 14. ext. de sponsal. l. si pater. 22. ff. de rit. nupt. b. c. veniens. 5. iunctio c. cum locum. 14. ext. de sponsal. nec timorem. 7. §. 1. cum t. seq. ff. de eo. quod met. caus.

LXXXVI.

Vt hinc quæsum sit, an constitutus in articulo mortis, si cum consubina sua matrimonium ineat, an mortis metu contrahere censematur? a. Eadem quæstio est de eo, qui ille captus ad euitandam mortem, cum oblata sibi puellā (vbi ita consuetudo patriæ fert) contrahit, vel ut liberetur, iudicis se filiam ducturum promittit? Et Virag specie putamus, matrimonium nequaquam infirmari, cum hic nulla iusti timoris causa subsit b.

a c. tanta. & ibi Dd. ext. qui filii sint legit. Et ratio est, quia non tam dilectione illato metu commouetur, quam sibi ipse timoris causa est. b. c. veniens. 2. c. consultationi. c. de muliere. & ibi gloss. ext. de sponsal. l. metum. ff. de his, que vi met. cau.

LXXXVII.

Et licet non constat matrimonium, vbi in persona erratum est a, vel circa statum personæ; veluti in ancilla pro libera ducta b, secundum tandem est, si in alia qualitate error admissus sit, ut pote circa nobilitatem, virginitatem, diuitias, aut simili ex cœnula. Cum in his error nihil officiat matrimonio c.

a 29. q. 1. iuncta l. i. per errorem. ff. de iurisdict. omn. iud. b. c. 2. c. fin. ext. de coniug. seruor. & d. q. 1. c. late Couar. in 4. Decret. in 2. par. cap. 3. §. 7.

LXXXVIII.

Hæc passim in controversiam vocantur. An matrimonium à filiis famili. Absq; consensu patris contractum subsistat? Item si consensit huiusmodi matrimonium, an nihilominus eam dotare pater teneatur? Item an exhortari possit? Nos cum matrimonii summa libertas sit a, etiam cum infamibus personis b, inspecto iure canonico c, (quo necessariò non requiritur consensus parentum d, utri nec domini in matrimonio seruui sui) e, & Carolina declaratione f, non modò subsistere taliter contractum matrimonium; verum etiam patrem ad dotandam g, & instituendam h, filiam obstringi putamus. Idem est in filiosam i. Cui neque pater, ob non imperatum assensum, donationem propter nuptias denegare; aut exhortationis notam infligere potest.

a c. gemma. ext. de sponsal. l. Titia. ff. de verb. oblig. & c. cum locum. ext. de sponsal. b. c. inter opera. ext. eo. tit. c. per text. in c. penul. ext. de rapt. in c. per tuas. 6. ext. de condit. appos. in c. veniens. 13. ext. de sponsal. Concil. Trident. sess. 24. c. 1. in princ. de reformat. matrim. d. c. causam. ext. de raptor. d. c. per tuas. ext. de condit. apposit. c. veniens. 1. ext. de sponsal.

sal. c. sufficit. 24. q. 2. c. 1. de iudic. in 6. Concil. Trident. d. loco. c. c. 1. exp. de coniugio seruorum. f. in Comit. Augustan. anno domini 1548. m. de sacram. matrimo. circa fin. g. de quo Andr. Gail. lib. 2. obser. 95. Domini. à Soto. Rhoard. & alii multi ad. dd. cc. Et omnium pulcherrimè illustris. Cardinalis Bellarminus lib. 1. controverf. c. 19. §. tertio probatur. D. Tom. in 4. d. 28. q. 1. art. 3. h. cum non sit ex causis illis propter quas filius vel filia exhaeredari possit. Nouell. Infin. ut cum de appellat. cognoscit. §. aliud quoque capitulum. i. nulla siquidem diuersitas est ratio.

LXXXIX.

Alia non leuis succedit quæstio, si vir & mulier, simplicitate seu rusticitate præpediti, non intelligentiam matrimonii, sed putent, liberè se à contractu, quandocunq; illis placuerit, resilire posse; an nihilominus verum & legitimum matrimonium contraxerint? Quod nos, pluribus refragantibus a, negamus b. In foro tamen exteriori, nisi de ea simplicitate vel rusticitate aperte constet, indissolubile secundus percussisse præsumimus e.

a. Panor. Innocent. Prepos. qui moti videntur auctoritate rex in c. ext. literis. ext. de sponsal. b. per text. in c. solet. 32. q. 2. circa tria enim versatur matrimonium, qua saltem quoad contrahentium propositum abesse non possunt. vt in c. ompe itaque. 27. q. 2. Et c. fin. ext. de condit. appos. & d. c. solet. c. per text. in c. erubescant. in fin. distinct. 32. c. vn. §. porr. ext. vt Eccle. benef. sine diminut. confer. c. heatus. 2. 2. q. 2. Et ratio est, quia de occultis Ecclesia non iudicat.

XC.

Illud in dubium reponere non attinet; inter Deiparam Virginem & Iosephum verum & legitimum constituisse matrimonium, cum ea votum virginitatis seruandæ ante contractas nuptias (licet plerique Theologi aliter opinentur a,) non emiserit, sed tantum animi proposito (nisi Deus aliter ei reuelare) illud conceperit b. a. D. Thom. & alii teste Dom. Soto. in 4. sentent. dist. 30. q. 1. art. 2. b. vt author est D. Augustinus titulus à Gratian. in c. Beata Maria. 27. q. 2.

XCI.

Qui enim cum proposito puro, nunquam cognoscendi vxorem suam contraxerit, in matrimonium non consentit, in animi iudicio a, at in foro exteriori, non aliter quam si in pactum deductum sit, que aliter legitime constituerit b. Quamvis eo contracto hoc vel simile in pactum recte deducatur.

a. c. solet. c. aliquando. 32. q. 2. c. quod Deo patri. 34. q. 5. c. 1. cum seq. ext. de

de conuers. coniug. in aliis tamen contractibus aliud receptum videtur. vt Boi. ad c fin. ext. de condit. appos. n. 3. b. per l. cum precario. ff. de pretorio.

De vltimis voluntatibus.

XCII.

Descriptionem testamenti à Modestino ICto traditam, qua inquit, Testamentum esse voluntatis nostræ iustum sententiam de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, suis numeris absolutam, tuebimur vñà cum Bartolo.

J. l. Et ibi Bart. ff. de testam.

XCIII.

Et quamvis regulariter testamentum de Iure Civili non aliter valeat, quam adhibitis septem testibus a, adeò vt si vel vñus testis defideretur, tota testamenti causa concidat b. In foro tamen conscientia, si ipsi hæredi legitimò vel ex testamento succedenti de voluntate testatoris explorato constet, hæreditatem siue legata in minus sollempni testamento, licet pluribus vehementer repugnatibus c, deberi existimamus d.

a. l. hac. consultissima. 2. l. C. de testam. Et §. sed cum pauplatim. Instit. de testa. b. l. s. vñus. 1. 2. C. eod. tit. c. vti videre est apud Did. Couarru. ad c. cum esses. ext. de testam. n. 4. cum seq. Et Menoch. lib. 1. præsumpt. 80. n. 38. cum seqq. d. text. in l. fin. C. de fideicommiss. Et in §. fin. Inst. de fideicommiss. hæreditas.

XCIV.

Vtrum autem Iuris Civilis solennitas in testamento tempore pestis, saltem quoad numerum testium remissa sit, quæstionis est? Et magis est, quod non a, cum nihil aliud in testamento, tempore pestis condito, à Iure remissum sit, quam quod non necesse sit, omnes testes simul & eodem tempore conueniri, b. Conuentudine vero vel statuto loci induci posse, vt minor testium numerus sustineat testamentum quoconq; tempore factum, non inficiamur c.

a. per expressum text. in l. casus maioris. 8. C. de testam. facit l. conficiuntur. 8. §. lff. de iur. codicill. Ioann. Dilect. de art. testam. riu. 2. cau. 2. in princ. allegans Bart. in l. vn. ff. de bonor. possess. ex testam. milita. Et Alex. in l. fin. C. d. tit. de testam. b. iam d. l. casus maioris. c. per l. si non speci. c. eo. tit. nam consuetudo vim legis habere dicitur. per l. de quibus. 32. ff. de ll.

XCV.

Sed & receptum est de Iure Canonico, vt in testamento septem

D

testes

testes necessarii non requirantur: sed sufficiente duo vel tres testes, adhibito parocho.
c. cum esse ext. de testam. & ibi Dd.

XCVI.

Quin & eodem luce Canonico, si testamentum in piam causam confessum sit, duos adhibuisse testes satis est, excluso parocho. a. Quod dicitur in ditionibus Imperio Romano subjectis quoque obtineat, controuersia non caret b. Nos verius existimamus, non obtinere c, cum non censeatur Sum. Pont. ditionibus Imperii, quoad testamenta ordinanda legem praescribere voluisse d, quamquam & contra sententia non improbabiliter defendi possit, propter Bartholerationem, quod scilicet ea, quae anima & salutem concernunt, ad SS. Canones pertineant e.

a. c. relatum ext. de testam. b. Iul. Clr. in §. testamentum. q. 6. Panor. & Couar. ad d. c. relatum. Tiraquel. in tract. de priuileg. pia cau. priuile. i. add. ext. in l. 1. C. de sacrosan. Eccles. & Bart. hic n. 73. cum seqq. c per ext. in l. generali. 3. in V. quod tamen alio omni turis. & c. E. d. titu. l. s. quidem. 3. in princ. C. de inoffic. testam. Iason ad d. l. i. d. per c. venerabil. inf. qui fil. sint legit. & c. nouit. ext. de iudic. e in repetit. d. l. i. C. de sacro sanct. Eccles. n. 8 i. arg. c. fin. inf. de sepult.

XCVII.

Dicitur autem testamentum in piam causam conditum, in quo quid à defuncto pro salute anima & relictum rest: veluti hospitalibus, alijsq; pauperibus, siue miserabilibus personis. Item Ecclesiis & Monasteriis, & similibus locis a. Non vero vt Baldus falsò censem b, pro refectione murorum ciuitatis, cum hi non tam pietatis, quam custodia & causa construantur.

a. l. nulli. 28. & l. si quis ad declinandum. 37. C. de Episc. & Cleric. g. sed hec quidem. in V. & iporum quoq; anima. Nouell. 115. ut cum de appellat. cognosc. & c. 2. 5. de consuet. b ad authent. similiter. C. ad L. Falc.

XCVIII.

Illud certum est haeredis nomen à testatore exprimi oportere a, vel signo aliquo indubitali declarandum esse b. Sed an valeat illa institutio, quem in schedula manu mea scripta vel subscripta, que penes Titium est, nominauit, haeredem instituo: id valde controvenerit. Valere tamen contendimus c, dummodò nulla dubitatio incidat, candem esse testatoris schedulam d.

a. l. haeres palam. ff. de testam. & in authent. & non obseruatur. C. eo. b. ext. est in l. quoties. & si quis nomen. ff. de haeredib. instituens. c. d. quo-

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

25

quoties. & si quis nomen. l. nemo. 58. l.asse toto. 77. ff. de haeredib instituens. d. Couar. ad c. cum tibi. n. 7. ext. de testam.

XCIX.

Non minus addubitur, si testator dixerit, Committo voluntatem meam in dispositionem Titii. An Titius haeres institutus videatur? Sunt qui negatiuam partem tueantur. Nos vero affirmavimus, tanquam veriorem, amplectimur.

Propter authoritatem c. cum tibi. ext. de testam. & Innocentii, quem referit Sarmient. selectar. interpretat. lib. 2. c. 6. n. 37. ipsa enim verba (extremam voluntatem) pro ipsis bonis accipiuntur, tanquam contentum pro ipso continente. Idq; suader falso vltima voluntatis. arg. l. in testamentis. ff. de reg. iur.

C.

Gravissima inter DD. disceptatio est, quo iure testamenti factio introducta sit a. Et certius est, eam planè à iure ciuili inueniā & introductam esse b.

a. Iul. Clr. in §. testamentum. q. 2. & alii per eum adducti ibid. b. quia Ictus in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iur. non meminit testamenti, ubi ramen ea, quae sunt iuris gentium, recenset. per l. 3. ff. de testam.

CI.

Vnde consequitur, bannitos seu proscriptos ob crimen aliquod, quo ciuitatem perdunt, testari non posse a. Eos vero, quibus ob leuius aliquod delictum ad tempus ciuitas interdicta est, vel insula assignata, testamenti factionem retinere b, nisi lege municipali aliud statutum sit: cui standum est.

a. l. deportatorum. 8. C. de pan. l. eius qui. §. si cui. ff. de testam. & qui testam. b. d. l. eius qui. §. sed relegati. ff. iam d. ritu. & d. l. deportatorum. C. de pan. & §. relegati autem. inst. quibus modis ius patriæ potestatis soluat.

CII.

De excommunicatis autem inter DD, non conuenit, ut testamenti factionem habeant? Sed magis est, quod sic: a, cum nullo expresso iure prohibeantur b.

a. vt auctor est Did. Couar. de testam. in 2. part. rubr. numero 18. b. quod omnino necesse est. §. non tamen omnibus. Inst. quib. non est permis. fac. testam.

CIII.

Ceterum non dubitamus, testamentum, siue scriptum siue nuncupatum, militare vel paganicum, inter liberos, vel ad vias causas factum

factum quoquin tempore recte à testatore, vel illud incidente, aut signilla amouendo a, vel aliud testamentum perfectum condendo b, vel denique diuersam voluntatem suam coram tribus testibus declarando, aut actis intercedentibus cum decursu decennii c: reuocari posse, adeò licet testator in priori testamento adiecerit, se nolle illud mutare vel reuocare d.

a. l. penult. C. de testam. & l. fin ff. de his, que in testam. delent. b. §. posterior. Inst. quib. mod. testam. infirmit. & l. sancimus. 27. versicu. sin autem. C. de testament. c. d. l. sancimus. d. l. si quis in princ. ff. de leg. 3. nemo enim sibi ipso imperare, aut legem imponere potest, à qua non licet ei pro libito recedere.

CIV.

Sed si testator iurauerit, se nolle mutare testamentum, an nihil minus ab eo recedere, & aliud condere possit, grauioris est quaestio. Et hac specie placet affirmativa Bartholi sententia a: Testatorē tanten eo ipso periurom fieri b.

a. ad d. l. si quis in princ. n. 14. in fin. & sequitur eum in modo ad c, cum contingat. num. 35. ext. de iure iuri. b. quemadmodum ex Alex. Iul. Clar. d. loco communiter receptum esse testatur. & est tex. in c. sicut ex literis. 22. ext. de sponsal.

CV.

Et sicut prius testamentum per posterius non infirmetur, nisi hoc à quo solemniiter confessum sit a, propter iuris regulam, Non prestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum b. Alio tamen iure utriusque, ubi in priore instituti sunt hæredes extranei, in posteriore venientes ab intestato. Vel saltem clausula codicillaris in posteriore inserta sit. Namn vtaq. specie mutatur prius testamentum c, per posteriores voluntates, dummodo hæc quinque testibus munera sit.

a. §. ex eo autem solo Inst. quib. mod. testam. infir. & l. hac consultissima. §. si quis à testamento. C. de testam. b. c non prestat. de reg. iur. lib. 6. c. d. l. hac consultissima. §. si quis à testamento. & l. fina. C. de codicill. iuncto §. fin. l. de codicill.

CVI.

Eadem clausula codicillatis hanc quoque vim habet in testamento ex causa illegitimæ ex hæreditationis, vel in officiosæ præteritionis irrito, vt filius ex hæredatus vel præteritus reseruata sibi legitima reliquiam hæreditatem nomine fideicommissi hæredi scripto in testamento restituere teneatur.

Bart.

Bart. int. n. 9. ff. de codicill. Iul. Clar. de testam. q. 46. Idem Bart. in authent. ex causa. C. de liber. præterit. n. 23.

CVII.

Idem est & in posthumo, quem testator sciens præteriit, secus si imprudens, vt quia prægnantem vxorem ignorauit b, tunc enim non obstante dicta clausula codicillari posthumus totam sibi vendicat hæreditatem c.

a. Bart. in d. authent. ex causa. n. 24. & seq. & in d. l. 1. ff. de iur. codicill. n. 10. b. Idem Bart. d. l. 1. n. 10. Iaf. in d. authent. ex causa. n. 4. & 24. Iul. Clar. d. q. 46. c. nam illud generaliter afferimus. d. aut. ex causa. locum nunquam esse, ubi pater vel mater ignorans præteriit filium. Andr. Gal. lib. 2. obseruat. 114. per text. in l. uxorem. ff. de manumiss. testam. non obstante text. in l. cum mater. ff. de inofficio. testam.

CVIII.

Hinc & illa questio orta est, si filius fam. consensu patris adiecta hac clausula codicillari testatus sit: si non valet iure testamenti, valeat saltem in vim codicillorum, vel alterius voluntatis ultimæ. Utrum sustineatur in vim donationis causa mortis, quæ alioqui filio ex consentiū patris competit. Nos sustineri magis existimamus b.

a. l. tanis. §. 1. ff. de donat. cau. mort. l. qui in potestate. ff. de codicill. b. Alex. in l. sénium. C. de testam. Iul. Clar. lib. 4. senten. §. donatio. q. 6. versic. sed quaro tu scis. argum. l. in testam. ff. de reg. iur. & l. quoties in actionibus. ff. de reb. dub.

CIX.

Alia se offert questio, an filius fam. sicut de peculio castrensi & quasi castrensi libere disponere, & multo etiam patre testari potest a, idem quoque ad peculium aduentitium, in quo patri non queritur usus fructus, producendum sit? Quod plerique putant b. Sed cum sustiniani constitutio aperte repugnet, verius negamus, licet idem peculium aduentitium absq. patris consensu donare possit alteria.

a. l. penult. & vlt. C. qui testam. facie. poss. & l. fin. C. de inoffic. testamen. b. Accurz. in authent. idem est. C. de bon. que liber. & l. I. V. Ysumfructu. Elune. Inst. per ques person. nob. acquirat. c. gloss. & Dd. in l. 1. §. influi. ff. ad Trebellianum. l. nema ex lege. C. de testam. Conarr. de testamen. in rubr. par. 3. num. 9. ibi multos alios citans. d. per Nouell. vt liceat mari. & autie. in princ.

CX.

Sed an saltem in prima causam? Ecce certe restius hoc casu non solum

D. 3 dead-

deaduentio, in quo patrius susfructus non queritur; sed & de quo-
cunque alio etiam profectio peculio cum consensu patris testa-
menti factionem filiosam, permittemus.

*D.D. communis. in l. senium. C. quib. non est permis. fac. testam. Conar.
de testam. in rubr. part. 3. n. 45. Et probat text. in c. liceat. de sepult.
in 6. ita ut hac specie voluntas testandi ex alieno quodammodo arbi-
trio pendere videatur.*

CXL

De clericis quæsumit est, Vtrum is non obstante patria potestate
de iis bonis, quæ constante clericatu sibi propria acquisiuit, testa-
mentum condere possit? Et posse, expressi juris est a. Sed an licet ei
parentes vel liberos suos præterire, ita quod ex præteritione illorum
testamentum non infirmetur, illud maioris difficultatis est? Et pro-
prios est, legitimam eis relinquendam esse institutionis titulo b, &
consequenter, si præteriti sint, cum ipi testamentum quoad institu-
tionem a authent. presbyteros. Et diaconos. C. de Episcop. Et cleric. iuncti.
fin. C. qui testam. fac. poss. b. mouet text. apertus g. aliud quoque ca-
pitulum. Et s. iustum. iuncto g. sanctimus. Nouell. 115. vt cum de
appell. cognosc. ubi liberis interdicuntur, ne in his bonis parentes pre-
cercent.

CXLI

Sed an per ingressum monasterii testamentum antea factum rum-
patur? Quod absolute exclusa omni distinctione negamus.
authent. si qua mulier. C. de sacro sanct. Eccles. Et ibi Bart. S. illud quo-
que. authent. de monach. c. si qua. 16. q. 3.

CXII

Vtrum autem in tali testamento hæres institutus statim fiat domi-
nus omnium bonorum, ita ut plenè de illis disponere possit, hærita-
tum meminimus. Sed magis obtinuit, testatoris naturalem mortem
expectandam esse a, adeò vt si hæres institutus præmoriatur, bona
omnia iure caduci in monasterium transéant b, voluntatem autem
suam in monasterio existens testator, alium scilicet hæredem insti-
tuendo vel legata assignando, mutare non poterit.

a c. quia. 19. q. 3. c. 2. ext. de testam. Et authent. ingressi. C. de sacro-
sanc. Eccles. authent. nunc autem. C. de Episc. Et cleric. l. si quara-
mus. ff. qui testam. face. poss. vbi Bart. b. arg. l. Deo nobis. Et ibi
Bart. C. tam dicit. idem Bart. ad authent. si qua mulier. C. de sacro sanct.
Eccles.

DE ULTIMIS VOLUNTATIBVS.

29

Eccles. c. iam dd. iurib. quibus adde Panor. in c. in presentia. n. 60.
ext. de probat.

CXIV.

Si tamen quis ingressus sit monasterium, quod honorum capax
non est, statim hæredi applicantur bona.
per ea, quæ tradit. Panor. in d. c. in presentia. n. 53.

CXV.

Quod autem ante de clericis dictum est, eos de bonis suis, quæ
constante clericatu acquisierunt, testari posse; exaudiendum est de
bonis, quæ incuitu personæ sui acquisierunt: Quæ enim ex redditibus
Ecclesiæ ad eos peruenierunt, ex testamento, vel ab intestato ad hæ-
redes suos transmittere non possunt a, cum nō plus iuris in illis ha-
beant, quam ut honeste vivant, sumptuose faciant necessarios & con-
gruos: quod reliquum est, in pauperum usum b, vel aliam piam cau-
sam conferant.

a per text. in c. penult. ext. de pecul. cleric. c. qui ergo. in fin. 23. q. 4. c.
episcopi. c. ex his. cum c. seq. 12. q. 1. Concil. Trid. sess. 2 f. c. 1. de re-
format. b. c. fin. 12. q. 1. Et c. episcopos. 10. q. 2. secundum illud Luc.
15. cap. quod superest, date elemosynam. c. c. relatum. 12. S. licei. c.
ad te ext. de testam. c. quisquis. 12. q. 2. Nauar. in tractat. de redditib.
Eccles. q. 1. monit. 20. cum seq.

CXVI.

Adeò ut si amici vel consanguinei eorum pauperes sint, ut pau-
peribus ex prouentibus Ecclesiæ subvenire non prohibeantur,
iam dd. iurib.

CXVII.

N equè distinguimus, quoad testamenti factionem de redditibus
Ecclesiæ, clerici administrationem habeant, ut sunt Episcopi, aliquip
Prælati, vel non habeant, ut sunt Canonici, & simpliciter beneficiari.
Contra glossam in c. præsenti. in verb. reseruari. de offici. ordi-
nar. in 6.

Cum nulla diuersitatis ratio hoc suadeat, Et pugnet cum c. cum in of-
ficiis. c. ad hec. Et c. relatum. ext. de testam.

CXVIII.

Quid si contraria loci consuetudine receptum sit, quod clericis
de redditibus Ecclesiæ testari possit? Hæc specie placet. Panormitanæ
distinctio a, qui putat, valere hanc consuetudinem in rebus mobili-
bus, quæ exigui sunt præiudicii, quemadmodum & donandi eas b,
in rebus immobilibus, & mobilibus magni pretij, eam tanquam Ec-
clesiæ onerelam improbandam esse c.

30 DISVATAT. IURID. DE VET. VOLVNT.

ad e. cum in officiis. ext. de testam. n. 5. Nauar. in comment. de spol. cleric. s. 14. b. per textum in c. ceterum. 3. ext. de donat. c. per ext. in c. i. de consuetud. Nauar. d. loco. ubi leginatura repugnare sit.

CXIX.

De Sum. Pont. dubium non est quin ipse liberam testandi facultatem de bonis intuitu Ecclésiae acquisitis, indulgere possit clericis. Sed utrum sine causa? Quod rectius negamus.

Panor. ad c. cum esses. n. 29. ext. de testam. arg. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. rationem, qua maximè mouemur, pónit IC. Papinia. in l. filia. 15. ff. de condit. inst.

Theses istas typis & publica disputatione dignas arbitror.

Jacobus Greifanus Societatis Iesu,
Collegii Theologici pro tempore
Decanus.

Idem & ego censeo

Ioachimus Denich iuriæ veriusq. Doctor.
Pandectarum Professor, & Collegii
iuridici pro tempore Decanus.



CAR

31



CARMEN GRATULATORIUM
ILLVSTRIS ET GE-
NEROSI DOMINI DN. PHILIP-
PI RUDOLPHI COMITIS IN
Liechtenstein, singularis bene-
volentiae ergò

AD

DOCTISSIMVM ET ORNATIS-
SIMVM DOMINVM IOANNEM BAPT-
IAM Vischerum Monacensem defendentem, & ar-
gumenta solucentem.

DICERE publicitus quando mihi Musane-
gauit,
Argumenta breui carmine claudio mea.
Et probo sic necto, nec quenquam posse tueri
Quas de contractu scribitis esse Theses.
Contractum dare defensum, qui soluere tentat,
Non potis est; verum soluere Vischer audet.
Ergò nequit pariter talem defendere verbis,
Namq; in contractu soluere, distrahere est.
Quid facies, aliis telas si solueris orfas,
Incurres capto retia nostra pede.

AD

AD EVNDEM DOCTISSI
MVM DN. RESPON-
dentem.

REVERENDVS DN. IOANNES CHRISTOPHO-
rus Herzog Oenipontanus SS. Theologiae, & Iuris Canonici
Studioſus, veteris amicitiae singularis bene-
uolentiae ergo.

OSTER amor vetus est, non haec enatus in
vrbe,

Non caput est orbis nos Vrbs coniun-
xit Ephebos,

Et tecto Aonides simul eduxere sub vno,
Teutonibus pietas quod Gregoriana parauit.
Iungimur Anglipoli, vires acquirit amicus,
Tempore noster amor, Decretaq; discimus vna
Maxima Pontificum: tu gaudes vbere fructu,
Et tibi sunt hominum curae commercia; Cura est,
Hæc Vischere ingens: Non tot sibi Proteus ora
Sumere, nec toties alieno in corpore Phoëbus
Aspexisse louem potuit quot in orbe resurgent,
Terrigenas inter variato foedera nexu.
Pactorum sunt mille modi; Te noscere clamat
Vnum mille modos, hæc prælis illita charta,
Exigua illa quidem, sed inest ars maxima paruæ.

EPI.

EPIGRAMMA EIVSDEM
ad eundem.

Si nos Ausoniâ recolem degisse sub vrbe,
Cæruleis repeto flumina flaua vadis.
Si Ausoniumq; fretum lucroso fertile quæstu,
Cur vero ad Latras tutè profectus aquas?
Nunquid & Arctois piscis reperitur in vndis?
Et par Hesperiis Thétonus amnis aquis?
Sæpè trahit gemmam Tyrrheno in littore nassa,
Et iam piscatus pluribus ille placet.
Hinc tuleras patriis gemmantia pondera terris;
Ad te quin similes iam vehit lster opes.
Namq; tuas merces dum in aprica ponis arena,
Mixta peregrinæ Böia gemma micat.



AD